



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Vigesimus nonus Antistes

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

Alexandro prævaluit anno salutis millesimo cē  
tesimo vigesimo tertio. Qui pacē semper secta  
tus, territoriū omne florentissimū fecit: & impi  
am legem obliteravit (quæ manus mortua dice  
batur) qua vnusquisq; vita defunctus pignore  
redimi debebat, puta aut equo, aut boue magis  
præstanti, aut supellectili præciosiori, res plane  
Christiano principi indigna. Nocte ecclesias &  
oratoria libenter visebat: multa deuotione Deū  
exorabat. Monasterium præmonstratensium in  
castello Corneliano ædificauit: & in cęmiterio  
diui Dionysij ædē. s. Aldegundis fabricauit, ne  
q; nō facellū diuorū Clemētis & Trudonis tem  
plū, iuxta collegiū diui petri, Euangelicę aut le  
ctiōis & historię ecclīasticę studiosus, perpēdēs  
nefastū esse diē, qui occurrit .6. calendas Augu  
sti: Natalē marię Magdalenę tunc celebrandū in  
stituit. Obijt anno salutis Millesimo centesimo  
vigesimo octauo, Calendis Ianuarij, anno admi  
nistrationis sexto, sepultus in monasterio nuper  
a se cōstructo, sed adhuc infirmo, in vortice mō  
tis. s. egidij. Floruit sub ap̄licis viris, Calixto se  
cūdo, & honorio secūdo. Imperātibus Henrico  
quinto, & Lothario tertio. Claruit Lozo præ  
byter: qui in mōte qui Caster dicitur, iuxta Tra  
iectum ædiculam extruxit.

¶ Vigésimus nonus Antistes.

H

*Natalis d.  
magis.*

**A**lexander filius comitis Iuliacensis, Archidiaconus & Prepositus, duorum collegiorum Leodiensium, precio semel atque iterum Pontificium ambiens, tandem voto potitus est anno salutis Millesimo ceterimo vigesimo nono. Ante huius electionem tertio Idus Decembres luna Eclipsim passa est, & contracto orbe variis coloribus, potissime sanguineo, pene integra hora, de super ciuitatem Leodiensem suffusa est. Porro in auspicijs administrationis, veterem amicum Comitem Durassi despiciens: prorsus destituere cogitauit. Nam iurisdictionem & gubernaculum oppidi Trudonensis, quod Durassi comites habere solebant ad se retrahens, abbatis Monasterij Trudonensis & Metensis archiepiscopi autoritatibus fretus, a prophanis principibus rescidit. Quapropter Comes iratus, alias ecclesie opes inuasit: & iacturam suam violentia resarciuit. Igitur Antistes aduocato Lotharingie duce, & comite Limburgensi, copias aduersus Durassum produxit: & Gislebertus Durassi comes, comitem louanianum & Flandrorum ad se epulis atque muneribus pellexit: & statuta utrimque belli dies est. Verum Brabantis properantibus, & sequentibus Flandris, qui Durasso superpetias ferebant: irrumpentes Leodini, priores prostrauerunt, & alios passim metu percussos, supra nongentos occiderunt, atque Brabantorum vexillum

Luna mirabilem  
 eclipsim  
 passa est

Dissidium  
 inter Antistitem &  
 comitem  
 Durassi

fol. 10

Bellum in  
 ter episcopum  
 comitem  
 Durassi

1.  
2  
3  
4  
5

in capū detinuerunt. Flandris omnibus aut vul-  
 neratis, aut in paludem aquosam iuxta Levves  
 demersis. Interea, dū hæc fiebāt Raynoldus Co-  
 mes Barenfis, castrū Bullonense, custodibus pe-  
 cunia corruptis inuasit: qua in re, tā fuit Alexan-  
 der ignauus, q̄ fuit in hac victoria strenuus. Cē-  
 terū rumore generalis cōcilij quod instabat, qua-  
 si exanimatus, utpote de Symonia sibi conscius  
 nihil magnifici amplius facere attētauit, nisi qd̄  
 Hoñani suburbij monasteriū, ornāmētis & gra-  
 tijs illustrauit. Cuius administrationis āno secu- Spectata  
 do, Innocētius secundus Romā egressus, ob ad- est Leodi-  
 uersarij Petri de Leone potentiā, in Gallias pro- orū Cano-  
 fectus, & Gallicana ecclesia collaborāte, in sum- nicorū ge-  
 mū Pōtificē electus & admissus est. Qui ad me- nerosa  
 diū quadragesimę, Leodiū adueniens, eximijs sublimi  
 laudibus atq; honore affectus est. Nā Leodino- tas in reci-  
 rū canonicorum tāta est Spectata generositas: ut piendo  
 Spectaculorū portentis & inestimabili equitatu Pō. max.  
 Romanos etiā antecederēt. Residebāt tūc t̄pis,  
 apud collegiū diui Lāberti. ¶ Regū filij nomē  
 1. Aneelmus filius Lotharij Imperatoris Archidi-  
 aconus Condrosij.  
 2. Philipp⁹ filij regis Frācorū, Archidia. hānoniæ  
 3. Theobald⁹ filij regis hūgarię Archi. Arduēne.  
 4. Ogerus filij regis Dacie, Archidiacon⁹ Fauēnæ  
 5. Godefrid⁹ hui⁹ fr̄ german⁹, Archidi. Brabatiæ  
 H ij

- 6 Guido fili<sup>9</sup> regis Bohemię Archidia. hasbania.  
 7 Philipp<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> regis Nauarre Archidia. cāpinia.  
 8 Guido huius frater germanus

¶ Ducum fili<sup>9</sup> viginti quattuor.

Bertrādus filius ducis Bauarię abbas Thudine<sup>n</sup>  
 Haymo huius germanus frater abbas Messiēsis  
 Gulielmus frater ducis Saxonie Cantor.  
 Cōradus frater ducis Suęuie pposit<sup>9</sup> hoyensis.  
 Guido frater ducis Arduennę decanus & The  
 ologię professor.  
 Doyelius frater ducis Normannię, abbas drio  
 politanus.

Carolus frater ducis Lotharingie ædituus  
 Guido huius frater germanus scholasticus  
 Franco frater ducis austrię, pposit<sup>9</sup> Mechlinie<sup>n</sup>  
 Carol<sup>9</sup> ff ducis Burgūdie, pposit<sup>9</sup> diui dionysii  
 Petr<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> frater german<sup>9</sup>, ppositus diui petri  
 Hugo horum frater germanus, præpositus diui  
 Bartholomei, qui tres fuere legum doctores  
 Lodouicus frater ducis biturię, abbas Amanie<sup>n</sup>  
 Baietus huius frater, abbas Cellensis

¶ Fili<sup>9</sup> Comitum viginti nouem

Godefridus frater comitis Louanienfis  
 Segninus filius comitis Monhaulti  
 Simō filius comitis Hānonienfis, abbas cēnacefi  
 Balduinus huius germanus frater.  
 Raynard<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> comitis lossen. ppositus fossi iēsis

Guido filius comitis Sabaudię abbas namurceſi  
Adalbert<sup>9</sup>. f. comitis geldrię, p̄poſit<sup>9</sup>. f. martini  
Notgher<sup>9</sup>. f. comitis flādroꝝ, p̄poſit<sup>9</sup> diui Ioan.  
Petr<sup>9</sup> filius comitis de zeyn, p̄poſitus diui pauli  
Ogerius hui<sup>9</sup> frater german<sup>9</sup>, p̄poſit<sup>9</sup> diuę crucis  
Rogerius filius comitis Bianenſis in Arduēna.  
Arnold<sup>9</sup>. f. comitis claremōtani, abbas dianēſis  
Henricus huius frater germanus.

Vvalo. f. comitis mōtis acuti, abbas Tūgrenſis  
Falco hui<sup>9</sup> fr̄ german<sup>9</sup> abbas diuę marię traiec.  
Henricus filius comitis Lutzemburgenſis  
Ioannes filius comitis Rupis fortis  
Arnoldus huius germanus frater  
Erhardus horum germanus frater  
Ogerus filius comitis Montenſis  
Ferritus huius germanus frater  
Rolandus horum frater  
Lambertus filius comitis a Treſte  
Paulus & Ioannes huius fratres germani  
Petrus fili<sup>9</sup> comitis de Bolonia decretorū doctor  
Guido filius Comitis Prouintię  
Henricus huius germanus frater.

¶ Filij Baronū ac nobiliū viroꝝ ſeptem.

Boynus a vyahauia.

Sebastianus harſtallus decretorum doctor

Radulphus a pratis

Godefrid<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> german<sup>9</sup> fr̄ vterq; theo. p̄feſſor

H iij

Theodoric<sup>9</sup> fili<sup>9</sup> dñi de Monakuye doct. theo.  
 Engerardus a flore legum professor  
 Reynadus, a mōte falconis adulescēs studiosus  
 pleriq; sic nataliū imaginibus instructi: vt nihil  
 ominus omnigenarū artiū cognitione illustri-  
 res, & haberentur, & essent. Quib<sup>9</sup> sūma reuerē-  
 tia summū pōtificē excipere visū est: & exceptū  
 non tā munificētia q̄ religiōe cōrectare. Nā ip̄a  
 die dñica q̄ passionis dicitur, pōpē sacre institutē  
 sunt a collegio diui martini, ad collegiū vsq; .s.  
 Lāberti, quo Pōt. Max. sacriū perfecit, et debitis  
 ceremonijs, Lothariū Alemānię regē, & huius  
 Conthoralē, reginā consecrauit. Quē a Leodñs  
 demū recedentē, comitati sunt ampli<sup>9</sup> .32. epi, p̄-  
 ter abbates & canonicos innumerabiles, quorū  
 p̄cipuus fuit diuus Bernardus abbas clareuallē-  
 sis. Quē Hoñū deducētes, summo honore pro-  
 sequuti sunt: & ad nouū monasteriū nuncupan-  
 dū autores fuerūt. Quod ille deuotiōe singulari  
 dedicās, diuitijs spiritualib<sup>9</sup> affatim cōmuniuit.  
 Verū in decessu Alexādrū accusantib<sup>9</sup>, nobilib<sup>9</sup>  
 & canonicis, vocatū in cōcilio Pisano, a Pontifi-  
 cio remouit, quod hic tā amare tulit: vt octauo  
 mēse defecerit. Obiit anno administrationis. 8.  
 pridie nonas Iulij, sepult<sup>9</sup> Leodñ in monasterio  
 diui egyptij. Floruit sub ap̄licis viris Honcrio se-  
 cūdo, & innocētio secūdo, Imperante Lothario

Sacræ pō-  
 pæ

Lothari<sup>9</sup>  
 rex conse-  
 cratur

S. Bernard.  
 52.

Alexāder  
 destituit.